triplicatis evasionibus suspensionibus fatalis Juris praescriptione Terrestri bello Conventioneq ac aliis omnibus Juris remediis et defensis non subterfugiendo Nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Golanscy et Lesiowski Intercisam Roborant et Statuet. 60

Comparentes personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitaneal. Premisliens. Generosi Thomas Golanski et Sophia Korczakowska conjuges legitimi ab Una et Simon Lesiowski suo et Generosa Marianna de Vnihow Consortis sua legitima nominibus parte ab altera Sani mentibus et corporibus existentes a Terris Districtibus Juribus Jurisdictionibusq suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneal. Premisliensi Jurisdictioni quo ad Actum modernum attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atq subiciendo palam libere publice ac per expressum recognoverunt et quilibet illorum seorsim suo pro interesse recognovit Quia ipsi et quidem suprascriptus Generosus Simon Lesiowski suo et Generosae Mariannae de Vnihow Consortis suae legitimae pro cuius rati habitione Cavet ac se praesentibus inscribit nomine Memorata Vero Generosa Golanska cum Mariti sui Vtriusq toris conjugalis personali assistentia et Vtroneo ad infrascripta recognoscenda Consensu Sibi mutuo et invicem Vna pars alteri ac posteris Vtriusq partis se ac suos Successores in et super bonis suis generaliter omnibus Summisq pecuniariis quibusvis habitis et habendis in-

scribunt et obligant praesentibus Intercisam certam inter se reco-
gnoscentes et Memoratum Nobilem Simonem Lesiowski ratione
certarum rerum et conditionum in eadem Intercisa contentarum
de Actu et data illius hic Premisliae die hodierna in Actu
contenta Anno currenti confectae conscriptaeque manibus contrahen-
tium propriis subscriptae in omnibus et singulis eiusdem Inter-
cisae Conditionibus punctis clausulis, Articulis, Vadio ligamar-
tis ac nexibus generaliter Universis firmiter tenere complere exe-
qui ac inuiolabiliter obseruare, in omnibus et singulis eiusdem
Intercisae Contentis tam in parte quam in toto toties quoties opus
fuerit satisfacere Intercisam praefatam ad Inscriptionem prae-
sentem roboratoriam et Inscriptionem praesentem Roboratoriam ad
praedictam Intercisam Vicissim in toto referendo Idque sub Vadio
Summae Quatuor Millium florenorum polonicalium per par-
tem parti cum Successoribus Utriusque partis ob non complectionem con-
tentorum Intercisae praefatae omnium et singulorum tam in parte
quam in toto toties quoties opus fuerit ad soluendum succum-
bentes Nihilominus ibidem suprascripti recognoscentes Generosus
Simon Lesiowski debebit tenebitur pro se ac suos Successores
in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis quibusuis pe-
cuniariis habitis et habendis supranominatis Generosis Golanskim coniu-
gibus ipsorumque posteris inscribit et obligat praesentibus Memo-
ratam Generosam Mariannam de Urihow Conthoralem suam legitimam
Vel in euentu mortis Successores illius ad approbandam per ipsam
Inscriptionem praesentem Roboratoriam Vel similem suo pro interesse

faciendam

faciendam ad Actaquaevis authentica Regni Vim perpetuitatis in se habentia intra decursum Duodecim Septimanarum adducere et personaliter statuere, ab eaq Vel eius Successoribus Ut praemissa debite exequantur efficere. Idq sub simili et speciali Vadio aliorum Quatuor Millium Florenorum polonicalium per eundem Generosum Hieronimum Lesiowski sive illius Successores praefatis Generosis Golanskim coniugibus legitimis eorumq Successoribus ob non statuionem praefati Generosi Marianni de Vnikow Conthoralis sui legitimi Vel in eventu mortis Successorum illius pro tempore et loco superius expressis ad solvendum succumbendo. Pro quibus quidem Vadio Vel Vadiis modo praemisso ad solvendum succubitis ac pro re aliqua principali ex contentis Inscriptionis praefatae non completa complenda praefata existens Memorata Pars Una praemissa non tenens sive eius Posteri ad Instantiam partis alterius praemissa tenentis et complentis Vel illius Successorum ad Officium praesens Castrense Capitaneale Premisliense Exnunc recessu sublato quoad respondendum spectat mediante semper in primo Citationis Termino tanquam peremptorio Stare Iuri parere respondere Vadium Vel Vadia praefacta luere Inscriptioni huic satisfacere ac omne Iudicatum pati debebit et tenebitur. Seq ac suos Successores ad eadem omnia inscribit et obligat praesentibus illum Terminum primum peremptorium Uti et alios omnes exinde consequentes Causae eiusdem Terminos semper peremptorios Vera infirmitate pro maiori minorennitate Successorum legatione Intra Vel extra Regnum servitio Militari ad munimenta

ad Quictorem Vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non differendo ad quietationem praeterea Ultra proximos Officii praesentis Castrensis Capitanealis Premisliensis Terminos dilationem sibi non recipiendo, Nullasque motiones appellationes ac earum prosequutiones faciendo, ac praemissa omnia paenis simplicibus Vel triplicatis evasionibus, suspensionibus Fatalis Iurisque provisione Terrestri bello convenientione ac aliis omnibus Iuris remediis et defensis non subterfugiendo Nec modo alio quovis evadendo Hac sua praesenti personali recognitione ad praemissa omnia mediante.

Krasicki, Krainskiego in Plenipotentem suum inscribit.

Comparens personaliter coram Officio et Actis praesentibus Castrensibus Capitanealibus Premisliensibus Magnificus Martinus Constantinus de Siecin Krasicki et in Krasiczyn haeres Pocillator Terrae Premisliensis Sanus mente et corpore existens a Terris Districtibus Iuribus Iurisdictionibusque suis quibusvis propriis et competentibus recedendo praesenti Vero Castrensi Capitaneali Premisliensi Iurisdictioni quoad Actum modernum attinet Secum Successoribus ac bonis suis generaliter omnibus totaliter et plenarie incorporando atque subiiciendo palam libere publice ac per expressum recognovit Quia ipse in suum Verum et legitimum Plenipotentem Generosum Stanislaum Samuelem Krainski ad Contractus modernos ad praesens tantummodo currentes Ratione bonorum suorum faciendos

tam Arendatoriis